

112

Ps. Scdm multitudinez dolorum
meorum in corde meo consolaciones
tue letificauerunt animam meam. **I**te
romim? sup **P**s. Quot vulnera pa
timur: tot consolaciones meremur.
Vnam fudi lacrimam. vnam conso
lationem merui. De cem fudi: decem
merui. **S**icut enim consolantur i
hoc mundo lugentes: sic modo con
solantur in hoc mundo gaudentes.
Pmo dicitur eis **Luce. viij.** Verbo
diuitibus? quia hic habetis consolati
onem vestram. **S**icut enim sponsa que
recipit alienum vicium non meret
consolari sed flagellari: sic etiam
anima non meretur consolationem
diuinam: que recipit alienam. **Bern**
ardus delicata est diuina consolati
o et non datur admittentibus ali
enam. **I**deo propheta istud fugiebat
dicens. **R**enuit consolari anima mea
Secundo christus promisit discipu
lis suis que mittit eis spiritum sanctum
ad instruendum eos ignoros. cum
dicit. **S**piritum veritatis et cetera
dicitur autem spiritus veritatis:
qui instruit veritatem de qualitate
vera maxime de mundo. ostendens
que nulla veritas est in mundo. **N**am
sicut dicit **D**ylari? nihil habet fal
sum: nihil incertum: nihil imperfe
ctum. **I**n presenti igitur vita non
est veritas: quia ibi est falsitas. in
certitudo et imperfectio. **E**st igitur
falsitas quia omnia que in mun
do sunt falsa et mendata sunt. **Je**
re. xvij. **V**ere mendatum possede
unt patres vestri et veritatem que

eis non profuit. **E**t autem menda
tum falsa vocis significatio cum in
tentione fallendi. **N**am terrena et
mundana sunt bonis significatio
vera: malis autem significatio fal
sa. **Q**ualiter autem bonis sit signifi
catio vera ostendit **C**risostomus
super **M**attheum dicens. **C**onside
ra quia non dedit deus delectabilia
bona in hoc mundo ut eis fruamur:
sed ut per hoc intelligamus quod si
bona sunt delectabilia terrena: quod
bona sunt celestia. **P**uta scis quia
bonum est gaudere carnaliter: per
hoc intellige quia melius est gau
dium anime. **G**audium carnis cum
carne finitur: gaudium anime cum
anima perseuerat. **S**cis quia bonum
est gloriari in terris: per hoc intel
lige quod melius est gloriari in celis.
Quanto enim celum est clarius quam
terra: tanto gloriosior est gloria
illa quam ista. **D**e ista significatione
dicit **I**eronimus. **S**icut sacrificia
in figura iustificata sunt: ita tem
poralia tantum fuerunt promissa
et data in fiduciam eternorum. **E**t
sicut permisit deus sibi hostias im
molari ne demonibus immolentur:
ita diuitias dat ut potius ab ipso
quam a demonibus postulentur. **M**alis
autem sunt significatio falsa. **D**i
uitie enim habent apparentem sa
tietatem sed veram esuriam signifi
cant. **V**nde dicitur **1**ste **re. viij.**
quinto. **S**icut somniat esuriens
quod comedit: cum autem fuerit ex
pergefatus vacua est anima eius